



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661**

De Purgatione Vvlgari. Titvlvs XXXV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

DE PURGATIONE VULGARI  
TITVLVS XXXV.

CAP. I.

*Duella, & alia purgationes vulgares prohibita sunt, quia per eas multos condemnatur absque iudicio, & Deus tentari videtur. h. d. titu. titulu.*

Celestinus III.

**C**ura suscepti b regimini; [ r & f. ] Cum t. f. duxerit sed. Apost. consulendam, utrum super ecclesiarum possessionibus duella debeat sustineri. Tux duximus sollicitudini respondendum, quod in eo casu, vel aliis etiam hoc non debes aliquatenus tolerare.

[ a Sapedilla tamen mul. cum non desinus infamare. unde nobis humiliter supplicavit, ut ab illarum impetitionibus solutum faceremus ipsum predictarum ecclesiarum pacifica possessione gaudere. ]

CAP. II.

*Summatum est sup ca. proxima.*

Innoc. III. prior S. Sergii Spoletan.

**S**ignificantibus d. V. laico, & fratribus eius ad nostram noveris audientiam pervenisse, quod quum quidam eos super facti crimine accusaret, cum eo coacti sunt inire duellum, in quo alius peccatis suis prepedientibus ceciderunt: propter quod per consules Spoletanos bonia fuerunt propriis spoliar: nunc vero furtum apud alios est inventum, & quod ipsi fuerint innocentes, est (faciente Domino) revelatum. Vnde consilibus ipsis dedimus in mandatis, ut ablata restituant univerva.

CAP. III.

*Summatum est supra cas.*

Honorius III.

**D**ilecti filii noviter in Livonia baptizati, gravem ad nos querimoniam destinarunt, quod fratres templariorum, & alii, qui temporalem in eis potestatem exercebant, si quando de aliquo alio crimine infamantur, eos ferri candentis iudicium subire compellunt: quibus si qua exinde sequatur adustio, civilem poenam infligunt. Cum igitur huiusmodi iudicium sit penitus interdictum, utpote in quo Deus tentari videtur: mandamus, quatenus dictos fratres, & alios, ut ab huiusmodi conversorum gravamine omnino desistant, per cens. eccles. appell. remota compellas.

DE INIURIIS ET DAMNO DATO.

TITVLVS XXXVI.

CAP. I.

*Tropter eius breviteriam non summatur.*

In Exodo. f.

**S**ixati fuerint homines, & percussit alter proximum suum lapide, vel pugno g, & ille mortuus non fuerit, si b jacuerit in lecto, qui percussit, operas eius & impensas in medicos restituat.

CAP. II.

*Breve est, & ideo non summatur.*

In eodem.

**S**i quis aperuerit cisternam, & foderit, & non operuerit eam, cecideritque bos & asinus in eam, dominus

a Vide B. Thom. 2. 2. q. 97. art. 1. ad 2. arg. b Ca. un. cod. tit. in 2. comp. c Adde quod non dicitur in l. 1. C. de Lat. lib. 101. ubi vult. d Ca. un. cod. tit. in 1. comp. vid. conc. Trid. sess. 21. de refor. c. 19. e Inop. 10. c. 11. f Exod. 21. g vid. l. 1. in eum gl. & concor. ff. de furtis. h al. ita: sed jacuerit. i C. 3. tit. de damno dato. in 1. comp. Defert l. 10. p. 16. c. 249. Exod. 21. Z 2 2

709

Nullum non fuerit coram nobis, quia tamen ex tenore probationis ipsorum a, quam dictus procurator exhibuit, ut si licet ipse ostensa fuissent, nobis constitit evidenter, iudices ipsos pretermisso juris ordine processisse: unum processum eorum, quam concessionem ecclesiarum a predicto Abbate de mandato ipsorum factam, auct. hinc retraximus, praefertim cum relationis ipsius series repugnans continet, & ad versa. Dicitur enim quod tunc eisdem Presbyteri, usque adeo publicum b fuerit & notorium, quod nullus infamiationis locus penitus videtur, utpote cuius univerva vicinia populus testis est: & tamen ibidem praemittitur, quod eidem Presbytero notorium peremptorium praefixerunt, in quo (si possent) loqui infamia praedictorum criminum canonice se purgationem cum nimirum si crimen notorium existeret, non esset indicenda purgatio, sed in eum condemnationis poenitentia promulganda: & infra. Si vero nullus appareret legitimus accusator, & ipsum inveneritis apud bonos & graves super praedictis criminibus, vel ipsorum alter infamatum, purgationem ei canonicam indicatis, non obstante, quod coram praedicto electo dicitur se purgasse: cum iudicio pendente coram iudicibus delegato non deberet ordinari purgationem indicare infamato.

[ i No induat ut fratrum nostrorum debeamus consulatione nostra impedire, & ab eis, quantum humana permittit fragilitas, delictorum suspulsum computare. Inde est quod. ]

CAP. XVI.

*No solummodo de criminibus infamato iurare, cum se purgari, quod si immunitas ab illis criminibus: sed iurare debet, quod nulli iam promissionem illa crimina non commiserit.*

Idem.

**A**cepimus a literas, quibus nobis intimare curastis, a quo Apostolico mandato super indicenda purgatione Archiepiscopo Bisuntino. recepto, ipsum citastis ut decess: qui ad diem praefixum comparuit coram vobis d, iuramentum purgationis offerens sub hac forma, videlicet quod immunis erat ab illis criminibus, super quibus se purgare debebat: & infra. Ipse vero ad praesentiam nostram accedens, humiliter supplicavit, ut saltem super purgatione incontinentiae dignaremur temperare rigorem, quia non deberet asserere, quod a nativitate sua nunquam passus fuerit lapsum carnis. Porro cum ab eis non creditur exactum fuisse huiusmodi iuramentum, potius iuramentum, quod alia de causa volebat sub praefixa forma iurare: videlicet quod immunis erat ab illis criminibus, de quibus fuerat infamatus, tanquam immunus per penitentiam iam esset immunis ab illis: sed hoc iuravit, non parve temeritatis existeret: cum beatus Iohannes 6. Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorat anima mea: & infra. Ideoque praescriptam purgationis formam, secundum quam idem Archiepiscopus obtulit se purgare, reprobasimus, utpote indifferetiam, temerariam, & iniquitatem: in iungentes eidem, ut si voluerit & potuerit hanc formam se purgare, secundum sanum institutum, quem ei duximus exprimentum, videlicet quod illa crimina graviora, id est, simoniam, venditionem iustitiae, atque incontinentiam, de quibus infamatus iuravit, jure se minime commisisse, postquam ad Archiepiscopalem promotus est dignitatem, & compurgationis iuravit, quod credunt eum verum iurasse: quo facta vos istum dimitatis in pace, alioquin, &c.

a Infirmum. b publicatum. c vid. Bar. in l. 1. §. accusatorem. ff. ad SC. Treptulabi citat hanc textum in p. 16. c. 1. d. ubi, legitur in p. 16. §. Cod. feres tamen indicat legendum, coram vobis. c l. 1. g.